Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift



conspectu tuo sunt omnes qui tribulant
me: improperium expectauit cor meum et
miseriam. Et sustinui qui simul contris
taretur: & non fuit: & qui consolaretur et
non inuenit. Et dederunt in escam meam
fel: et in siti mea potauerunt me aceto.
Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum
& in retribuciones & in scandalum. Obscu
rentur oculi eorum ne uideant & dorsum eorum
semper incurua. Effunde super eos iram
tuam: & furor ire tue apprehendat eos.
Fiat habitacio eorum deserta: & in taber
naculis eorum non sit qui inhabitet. Quo
quem tu percussisti persecuti sunt: & super
dolorem uulnerum meorum addiderunt.
Appone iniquitatem super iniquitatem eorum:
& non intrent in iusticia tua. Deleantur
de libro uiuencium: & cum iustis non scri
bantur. Ego sum pauper & dolens: